



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Larvae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

trū verum, quando pinguem, & abundantem dotem dedisset, non autem si tantum necessaria pro ministris tribuisset: quia tunc nullum seruitium poterit retinere, sicut not. Panor. cap. 1. de cen. nisi quando locus religiosus proprijs sumpribus ecclesiam ædificasset. Vide de priu. c. eū & plantare, & c. sicut. de sup. negli. prel. a.

<sup>22</sup> C L E R I C O non licet ecclesiam de manu laici recipere. Panor. in dicto capit. præterea. & taliter recipiēdo mortaliter peccat: & licet non sit ipso iure suspensus, debet tamen communione priuari. Ex quo infert Panor. in quod si talis impetrat à Papa non expresso quod prius habuit à laico, non valet. supra, Beneficium. §. 1. Irregularitas. §. 2. Facit c. postulasti. de rescrip.

<sup>23</sup> L A I C V S ædificans capellam in ecclesia, & eam dotans, acquirit ius patronatus simul cum ecclesia, quæ ponit fundum: secundum Panor. in capi. ad audientiam. de eccle. ædific. Si autem clericus ædificat de bonis ecclesie, non ipse, nec parentes eius erunt patroni: sed ecclesia tantum, de cuius bonis ædificata est: secundum eundem. Publicatis omnibus bonis alicuius propter crimen, etiam læsæ maiestatis per secularem iudicem, filius non priuatur iure patronatus, quod pater illius habebat: quia hoc à Papa habet, vt not. Archidiacono. in capitulo filij. 16. quæstion. 7. Intellige quando nõ est in aliqua vniuersitate seculari. Cū illa enim (vt diximus) ius patronatus transsit.

## L A I C V S.

L A I C V S non potest esse procurator seu œconomus, vel generalis administrator omnium bonorum ecclesiasticorum, tam spiritualium, quam temporalium: secundum Panor. in ca. decernimus. de iudi. qui alle. glo. in c. iudicatus. 99. d. sed bene potest esse œconomus ecclesie in temporalibus. c. in noua. 16. 7. consentit Gaspar de Cal. & Ioan. And. in ca. vnico. de Syn.

<sup>2</sup> L A I C V S non potest esse procurator cleri ad eligendum, vt not. docto. in d. capitul. decernimus. & Ioann.

Andr. in regula, quod alicui. de reg. iur. libr. 6.

L A I C V S non potest esse vicarius episcopi in causis spiritualibus, quæ laico committi non possunt. vt nota in dict. c. in noua. nec etiam si esset clericus coniugatus. c. vnico. de cleri. coniug. libr. 6. Sed si episcopus habet iurisdictionem temporalem, potest illum facere vicarium suum. in c. fin. ne cle. vel mona. libr. 6.

<sup>4</sup> Q V O M O D O laicis sit prohibitiū disputare, & prædicare de fide. supra, Disputare. §. 1. An & quædo liceat laico accusare clericum, vide Sil. ibi, ver. laicus. §. vlti. Laicus si sit bonæ famæ, clericum accusare potest: secundum Bartol. Brix. 2. q. 7. in princip. Non tamen prælatum suum, nisi suam prosequendo iniuriam. in c. omnibus. 4. q. 6. in crimine hæresis, simoniz, & læsæ maiestatis. i. q. 3. c. sanè.

## L A R V Æ.

V T i laruis secundum se, modo debito, pro loco, & tempore, non est peccatum, eum etiam in presentationibus licitis hoc fiat: esset tamē peccatum mortale, si pro quo sine peccati mortalis fieret, vt pro homicidio, vel fornicatione patranda, vel à personis religiosis, maxime cū depositione habitus, vel occultatione, procedendo in publicum, Secus si in eorum claustris pro recreatione fieret. Item credo clericos in hoc grauitare peccare, tum ex aliorum scandalo, tum quia se exponunt peccandi periculo, tum quia hoc non decet graues personas, quales clerici esse debent, & præcipue prælati. Etiam credo bonum esse eis non vitare, quia homines maxime eis vitando dissoluitur, & præcipue fœminis prohibendū esset, ne vagandi eis occasio præstaretur, & consequenter in peccatum ruendi, ad quod pronæ valde sunt.

## L E N O C I N I V M.

L E N O C I N I V M, quo quis ad aliena venera mediatur, allicit, & huiusmodi, est mortale: quia cooperatur ad aliquod mortale, & tanto grauius est, quanto ex hoc plura sequuntur peccata. Ad hoc l. palam. ff. de ritu nupt.